

Dioscorides de hac herba conscripfit: at nos ejus nondum periculum fecimus. Ea Græcè ἀσκληπιάδα, ut etiam Latine Asclepias nominatur: Italicè, Asclepiade.

Asclepias nostrum, Apocyno cognata herba videtur, & *vincetoxicum* seu Vincetoxicum vulgò dicitur, quod duplex, albo (quod vulgatum) nigroq; flore. I. Asclepias albo flore, C.B. Hirundinaria, Brunf. Trag. Gef. hor. Lon. Vincetoxicum, Matth. Dod. fol. Lug. Cast. Hederalis, Ruellio, Asclepias, Fuch. Dod. gal. Cor. in Diosc. & hist. Gef. hor. Lacun. Lob. Cæf. Tab. Cam. II. Asclepias nigro flore, C.B. Vincetoxici altera species, Dod. fol. Asclepias altera flore nigro, Lob. Asclepias nigra, Clus. hist. Hisp. Lugd. Asclepias tertia flore nigro, Tab. Apocynum, Columnæ: alii tamen Periplocam minorem vocitant.

Ασκληπιάδα.

ATRACTYLIS.

CAP. XCI.

Atractylis, † spina est cnico similis, folia multò a longiora ferens in summis virgis, magna parte nuda, [aspera q;] qua foeminae pro fusis utuntur, b capitula in cacumine spinis horrent, flos luteus, quibusdam in locis purpureus invenitur: radix tenuis, supervacua. Coma, semen & folia cum pipere & vino teruntur utilissimè contra scorpionum ictus. Percussos tradunt, quamdiu eateneatur herba, nullum experiri dolorem, ipsumque deposita statim recrudescere.

I. ATRACTYLIS.



Erant haud dubiè, ut mea quidem fert opinio, Ruellius & Hermolaus: quippe qui existimaverint Atractylida esse Cnicum sylvestrem, cujus primo loco meminit Theophrastus lib. 6. cap. 4. de plantarum historia. Siquidem magnam ego inter sylvestrem Cnicum, & Atractylida invenio apud Theophrastum esse differentiam. Quod ut omnibus perspicuum esse possit, is praesertim, qui aliter sentiunt, hic Theophrasti verba de Cnico, Acarna, & Atractylide subiciam. Cnicum, inquit: sylvestri urbanoq; discernitur. Sylvestris genera duo notantur: alterum urbano admodum simile, rectius autem tamen: quamobrem eo mulierum priscarum nonnullae pro colutebantur: fructum nigrum, majusculum amarumq; parit. Alterum genus densum constat, caulesq; foucheos profert, quodammodo humicautile fit: nam propter foliorum molliam declinatur, procumbitq; ad arva: fructum amarum frequentem, barbaq; modo hirsutum gignit. Sunt ambo seminosi, verum sylvestre copiosius fert. Ejus peculiare pra aliis sylvestribus est, quod illa duriora spinosioraq; urbanis proveniunt: hoc autem mollius ac laevius constat. Acarna quoad simplicis ratione exprimi licet, aspectu Cnico urbano similis est, colore flavicanti, succo pingui. Fusus agrestis (sic enim Atractylida Latini nominarunt) hic candidior est: habetq; peculiare, quod in foliis evenit: decerpta enim, carniq; allata, succum sanguineum effundunt: qua de causa pueri, id est cruor à quibusdam spina hac est nominata: gravis etiam odore, cruoremq; representant. Sero perficit fructum, autumno enim & quidem in totum (ut summam proponam) universa spinaceorum natura fructus ferotina existit: hac Theophrastus. Ex quibus verbis facile cognosci potest, in Atractylidis historia aperte aberrasse Ruellium, cum in tertio suo de natura stirpi-

um libro asserit, Fusum agrestem, hoc est Atractylida, nil aliud esse Theophrasto, quam primum Cnici sylvestris genus, ut pote qui non animadvertit, quod Atractylis Theophrasto alia est, à Cnico sylvestri planta, quanquam illi fortasse non absimilis, & cui ea tantum insit proprietas, ut è foliis succum sanguineum fundat, id quod nullo Cnici generi tribuitur. Errandi ei occasionem, meo quidem iudicio, praeiit Plinius, quod lib. 21. cap. 15. sylvestrem Cnicum à quibusdam Atractylida vocari tradiderit. Ubi postquam commemorasset nonnullas spinosas plantas, quibus Aegyptii in cibo utuntur, de Cnico tandem in hunc modum disseruit. Multas praeterea, inquit, ignobiles habent plantas. Sed maxime celebrant Cnicon Italiae ignotam, ipsis autem oleo, non cibo gratam. Hoc faciunt ex semine ejus. Differentia prima sylvestris & sativae. Sylvestrium dua species, una mitior est, similicaule, tamen rigido, exilis. Itaq; & pro colu antiquae mulieres utebantur, quam quidam Atractylida vocant. Semen ejus candidum, & grande, amarum. Altera hirsutior, terosiore caule, & qui pene hami serpat, minuto semine: hac Plinii verba: Quae etsi quidem certam fidem faciant, primum sylvestris Cnici genus à quibusdam Atractylida fuisse vocatum, non tamen propterea affirmant, Atractylim esse Cnicum sylvestrem. Atractylidis deinceps speciatim meminit ipse Plinius cap. 16. ejusdem libri, cum inquit: Acarna colore tantum rufo (à scolymis scilicet) distinguitur, & pinguiore succo. Idem erat Atractylis quoq; nisi candidior esset, & nisi sanguineum succum funderet: qua de causa phonos vocatur à quibusdam. Odore etiam gravis, serò maturecente semine, nec ante autumnum, quanquam id de omnibus spinosis dici possit: haec Plinius. Ex iis igitur omnibus merito colligendum esse putaverim, legitimam Atractylidem nullam esse sylvestris Cnici genus, sed aliam per se plantam, nempe illam, qua pro fusis priscas utebantur mulieres. Quod sane animadvertens Theodorus sui Graeci idiomati peritissimus, in Theophrasti versione, Atractylida fusum agrestem interpretatur, non autem colum, ut primum agrestis Cnici genus vertendo, ex antiquo ad coloris usu, id colum agrestem rectè cognominari posse monstravit. Qua in re u planè declarasse videtur, priscas mulieres agresti Cnico coli vice fuisse usas, fusorum verò loco ipsa tantum Atractyli. Caterum sunt, qui plantam cujus hic nos imaginem expressimus, Atractylem esse existiment, quorum ego probarem opinionem, si folia sanguineum succum funderent, & caules rectiores essent: sit itaq; de ea aliorum quoq; iudicium. Credit Ruellius alteram Cnici sylvestris speciem eam nimirum esse stirpem, quae herbariorum vulgus Cardum benedictum, vel sanctum appellat. Quam profecto opinionem haudquaquam improbandam puto, bened-

D d d 4

quando.

† Orib.
add. y. xij.
xij. a. xij.
i. vel
Cnycus
syl.
† Orib.

ma. i. co.
ma.
Atracty-
lida con-
d. Ruell
& Hermo-
laid er-
ror, Atracty-
Cni-
cum syl-
esse cre-
dentium.
Cnicus
Theoph.

Acarna
Theoph.
Atracty-
lis Theo.

Cnicus
Plin.

Atracty-
lis Plin.

Color
agrestis.
Cnici syl-
altera spe-
cies, Card

quandoquidem Carduus benedictus vocatus solo procumbit, densa foliorum coma, & quadammodo humiculis cernitur: quinetiam fructum gignit amarum, barbaq; modo hirsutum: & caules proferi sonchi modo rubentes. Ut ex iis notu accuratius expensis, quibus prorsus convenit Carduo benedicto cum altero Cnici sylvestris genere, nil mirum si cogar mutare sententiam, & hoc quod alias negaveram, nunc plane asserere non dubitem. Sed certe Ruellium mirari subit, quod tam facile asseruerit Carduum benedictum vocatum sanguinem ex se fundere. Nam etsi ego millies periculum fecerim, nunquam tamen exulso folio, vel ramulo sanguinem ex vulnere profluere comperi. Præterea si concedamus, quod Ruellius vera referat, id maxime ipsi repugnabit sententia, cum tam Theophrasto, quam Plinio nullum Cnici genus sanguinem fundat, quoniam id Attractylidis est proprium. Hinc itaq; palam fieri arbitror, Ruellium, aliqui doctissimum, turpiter confudisse Attractylidis historiam. Quippe si, ut suam tueretur sententiam, asserere voluisset Attractylida esse primum sylvestris Cnici genus, illud quidem succum fundere sanguinis instar scribere debuisset, non autem hoc, quod Carduum benedictum esse censemus. Neq; etiam mihi, ut libere liceat quod quisq; sentit dicere, placet Fuchsi opinio, qui libro primo de compositione medicamentorum & in suis de plantarum historia commentariis, Carduum benedictum vulgo nominatum Attractylidem hirsutorem esse existimat: hirsutorem dixi, quoniam is duas esse constituit Attractylidis species, nempe mitiorem alteram, alteram hirsutorem: tamen si tum Dioscoridi, tum Theophrasto Attractylis unum duntaxat sit genus, quod, quantum reor, Carduus benedictus non est. Siquidem hic nec sanguineum succum fundit, nec in iniis virgis unquam visitur nudus: quinimo virgas non proferit, sed caules lentos, quibus humifere reptat, vel potius solo procumbit. Sed postquam in hac nostra Attractylidis, & Cnicorum sylvestrium disquisitione, sermo incidit de Carduo benedicto, non ab re hic de miris ejus atq; excellentibus dotibus nobis differendum est. Est igitur C. A. D. V. S. benedictus ita vulgo nuncupatus, planta nulli hoc tempore non cognita. Caulibus est 10

Cardus benedicti descript.

Vires.

Nomin.



ab re hic de miris ejus atq; excellentibus dotibus nobis differendum est. Est igitur C. A. D. V. S. benedictus ita vulgo nuncupatus, planta nulli hoc tempore non cognita. Caulibus est 10 rotundis, flexilibus, lentis, pilosis, humi accubantibus, foliis longis, utrinq; laciniatis, hirsutis, & cum adoleverint per ambitum aculeatis. Capitula habet in caulium summis partibus longa, ac pungentibus aculeis rigentia, & foliis circumquaq; stipata. Equibus melius flos emicat, papposo intus semine cinara simili & albicante. Radice nititur alba multifidaq;. Tota planta vehementer amara est, ideoq; excalfacit, siccit, aperit, abstergit & digerit, sed ad multa utilis. Seritur passim in hortis, sapore admodum amaro, quod terreus constet partibus calore quadam attenuatis. Magni nominis, magnaq; 30 estimationis planta est non modo apud Italos, sed etiam apud exterarum nationes, præsertim contra pestilentiam: item adversus venena lethalia, tam interius sumpta, quam venenosorum animalium ictibus, aut moribus imposita. Sanantur hac herba quartana laborantes, aut alii febribus detenti, quarum accessiones cum frigore adveniunt. Id enim præstat hausto ejus decocto, aut stillatitia aqua, aut pulveris drachma pota. Præstant eadem comitialibus infantibus eodem modo bibita. Herba decoctum ex vino sumptum ilium, & renum dolores mulcet, & cetera ventris tormina sedat: sudorem cit: alvi tinea necat, & uteri vitii auxiliatur. Herba ipsa tam recens quam sicca & pota, & exterius adnota, contumacia ulcera, & quæ cacoethe vocantur, sanat, cuteq; obducit: quamobrem decoctum miscetur, quæ è ligno Guajaco, ex vino & aqua iis parantur, quos lues Gallica corripuit. Planta, quæ Græcis ἀτράκτυλος, Latinis item Attractylis, & Fusus agrestis appellatur: 40 Italis Attractile, & Cartamo salvatico. Carduus benedictus: Italis Cardo benedetto, Cardo santo, sive herba Turca.

Attractylis flore est luteo, quandoque purpureo, utramq; caulibus rectis, non reflexis, assurgere observavimus. I. Attractylis lutea, C.B. Attractylis Matth. Dod. gal. & fol. Lac. Lob. Cast. Lugd. Tab. 50 Cam. II. Carduus benedictus, Brunf. Trag. Matth. Lacu. Gef. hor. Lob. Dod. fol. Cast. Lugd. Tab. Cam. Attractylis hirsutior, Fuch. Dod. gal. Acanthion, Cord. in Diosc. (cui & Cnicus sylvestris alter Theophrasti) Lon. Cnicus supinus, Cord. in hist. Carduus sanctus Cæsalpino.

Πολύκνημον.

POLYCNEMUM.

CAP. XCII.

A Or. xag. m. l. c. min.

Polycnemon, frutex est furculosus, foliis origani: a caule, ut pulegii, geniculis multis intercepto, sine umbella tenui tamen in cacumine corymbo, boni odoris & acris. Vulneribus agglutinandis recens, aut aridum, cum aqua efficaciter illinitur: sed quinto die solvi debet: ad urinæ stillicidia, ruptaque cum vino bibitur. 60

Polycnemiconis.

Vires ex Gal.

Nomin.

Polycnemon haecenus, quod ego quidem ipsum cognoverim, non reperi, neq; vidi in Italia. Caterum etsi inibi nonnulla inventantur, atq; etiam a quibusdam pro eo ostendantur planta, quæ aliquibus notu Polycnemon quadantenus referre videntur, cum tamen plura etiam iis desint, quæ in Polycnemo requiruntur, quam ut pro vero probari possint, non equidem quicquam in hoc certi statuere ausim. Unde satius ipsum inter alias ignotas plantas collocandum esse dixerim, donec aliud certum compertum fuerit. Sed si quis interim Polycnemi vires ex Galeno quoq; scire desiderat, is lib. 8. simp. med. illas ita paucis retulit: Polycnemon desiccatur, & excalfacit secundo excessu. Itaq; & ob id vulnera glutinat. Huic plantæ nomen Græcum πολύκνημον: Latinum similiter Polycnemon: Italicum Policnemo.

Klapp.

Clinopodium frutex est foliis serpyllo similis, furculosus, duum dodrantum altitudine. Nascitur in petrosis. Flores, marrubii modo, ex intervallis distincti speciem lecti pedum præbent. Bibitur herba, & succi ejus decoctum, ad convulsa, rupta, strangurias, serpentium ictus: menses & partus pellit: & i. in pensiles verrucas, quas acrochordonas vocant, ejicit, aliquot diebus potum. Alvum fistit decoctum ad tertias potumq; si febrim sentiunt, ex aqua, alioquin ex vino.

I. CLINOPODIUM VULGARE.

I. PSEUDOCCLINOPODIUM.



Dicuntur plantae, quae à quibusdam rei herbariae indagatoribus, pro Clinopodio ostenduntur. Prima solius exit serpyllo Clinopodium haud dissimilibus, latioribus tamen, caulibus quadrangulis, tenuibus & hirsutis: floribus purpureis: caules verticillati sunt, & ciliati. Altera foliis est serpylli modo oblongis, in cacumine mucronatis, & in ambitu serratis, floribus inter folia subpurpureis, balaustris effigie, caulibus exilibus, angulosis, e quibus folia per intervalla exeunt utrinque, bina, sapor illi acutus. Nascitur in campestribus inculto solo, & saxosis locis. At illa longe magis, quam haec (quantum mea fert opinio) Clinopodium refert, tum quod folia magis serpyllum referant, tum quod flores, qui in summis caulibus sunt, lectica pedum basim quadantenus referre videantur. Id quod maxime me adduxit ad credendum, hanc plantam legitimum esse Clinopodium, verum degustata tractu temporis herba, non quidem ab re vestigiis à sententia recedendum fuit. Siquidem cum à Galeno scriptum esse animadvertim, Clinopodium adeo tenuium esse partium, ut ex tertio excoalsacientium siccantiumq; ordine habeatur, ac opera pretium esse haud me lateat, ut quae in hujus censu sunt plantae, aut gustu acres, aut admodum amarae percipiuntur, cumq; neutra qualitas in hac, aut illa planta cuius imagines dedimus, reperiat, non ausim primam, nec alteram legitimum facere Clinopodium, sed potius alteram statim sequentem, cui præter acredinem, & odori fragrantiam, cetera adstipulantur nota. Cum non dubitem, quin hac planta legitimi Clinopodii faciem referat, fateri ac affirmare cogor eam in viribus esse præditam, de quibus diximus de Clinopodii viribus. Nec tamen ob id prætermittere volui, quin in studio Dioscorum gratiam ea hic excuderentur. Hujus meminit Galenus lib. 7. simp. med. sic inquit: Clinopodium excoalsacienti vim obtinet, sed nondum adurendi: est vero etiam essentia tenuium partium: ponatq; ipsum quispiam in tertio ordine tum excoalsacientium, tum resiccantium. Κλινόποδιον sic Græce, ut Lat. pariter Clinopodium vocatur: Italicè Clinopodio.

Clinopodium sic dictum, quod orbiculato florum ambitu speciem pedum lecti præbeat. I. Clinopodium Origano simile, C.B. Origanum quartum. Trag. Origanum verticillatum, Tha. Clinopodium vulgare, Matt. Clinopodium, Lac. Cord. in Diosc. Gef. hor. Cast. Clus. hist. Pan. Tab. Clinopodium majus, Cam. Clinopodium prius, Lug. Pulegium montanum & Origanum sylv. Lon. Acinos & Betonica Pauli quorundam, Lob. Acinos sive Clinopod. sylvestre, Lugd. Herba Origano vulgari similis, Cæs. Alterum est altius majore folio, alterum humilioris minore folio, floribus purpurascens, rarius albis. II. Clinopodium sive Ocimum sylvestre, C.B. Basilicum tertium, Trag. Pseudoclinopodium, Matt. cui & Clinopodium alterum in iconibus, & Lug. Clinopodium Anguill. Clinopodium vulgare, Lob. Clinopodium secundum, Tab. Clinopodium Diosc. & Plinii Cæs. Clinopodium majus & minus Thal. Ocimastrum Fuch. fol. & Lug. Acinos Fuch. in ico, Dod. gal. Lac. Ocimum sylvestre Dod. fol. Ocimum parvum, Lon. Cala.

Clinopodii facultates ex Galeno. Nomina.

Calamentum montanum, Trag. edit. Lat. Pulegium petraeum, Gef. hor. Calamintha quaedam Ocimi ferè foliis, Cord. in Diosc. Var. foliis latioribus, angustioribus, iisq; hirsutissimis, aliquando penè laevibus, quæ res facit, ut Clinopodium alterum Matthioli dissimile videatur: floribus etiam albis reperitur.

Λιοντόπεταλον.

LEONTOPETALUM.

CAP. XCIV.

LEONTOPETALUM.

a Cat. nō
habet.
b Moum
καθ' οὐρανόν
πῶς i ve-
lut nocet
quo dā.
Leonto-
petali
confid.

Ex Plinio

Leonto-
petali vi-
res ex
Gal.

Nomina.



Leontopetalon caulem emittit dodrantalem, aut altiore, plurimis alis concavum, & in cacumine semina parva duo, aut tria, in siliquis, ciceris modo: flores anemonæ similes, puniceæ coloris: folia brassicæ, sed papaveris divisura: radicibus nigris, rapæ similibus, b strumosis. Nascitur in arvis & fegitibus. Radix auxiliatur serpentium ictibus, ex vino pota, nec alia res celerius dolorem finit: miscetur ischiadicorum clysteribus.

Leontopetalum, ejusq; nigram extuberantemq; radicem, rapi instar magnitudine, non modo Venetiis, & Patavi in quibusdam hortis vidimus, verum etiam in Heiruvia arvis, alijsq; Italia locis. Nascitur frequens in Apulia. Leontopetali meminit Plinius lib. 27. cap. 11. ubi ipsum ius depingit verbis: Leontopetalon, alii Rhapeion vocant, folio brassicæ, caule semipedali, ala multa, semen in cacumine in siliquis ciceris modo, radix rapæ similis grandis, nigra: nascitur in arvis. Leontopetali facultates paucis perstrinxit Galenus lib. 7. simplicium medicamentorum, ubi sic inquit: Leontopetali radice maxime utimur. Digerenti facultatem, & exiccandi excalfaciendiq; in tertio ordine possidet. Λιοντόπεταλον quod Greci, Leontopetalum quoq; Latini dicunt: Leontopetalo Itali.

Leontopetalon, id est leoninum folium, floribus puniceis dixit Dioscorides, luteis solum observavimus, quod Anemonem olim vocatum fuisse, testis est Gefnerus, libro de hortis Germaniæ. Leontopetalon Matth. Gef. hor. Lac. Anguil. Lon. Lob. Dod. fol. Cast. Lugd. Cæs. & Camerario.

I. TEUCRIUM.

Τεύκριον. TEUCRIUM. CAP. XCV.

a Orib.
Λυκία. i.
Lycia.

Teucriti
confid.

Teucriti
duplex
Plinio.

Splenion



Teucrium, sive, ut aliis placet, Teucris, herba est virgæ referens effigiem, trissaginis similitudine, tenui folio, non multum à cicere alieno. Hæc in Cilicia juxta Gériadem, Cissademq; ubertim provenit. Recens cum posca, aut aridæ fervefactæ ejus potu lienem potenter absomit. Lienosis cum aceto, & ficis illinitur: ite serpentium morfib. ex aceto solo sine ficis.

Herba quædam nascitur pluribus in locis, foliis quidem ciceris, sed caule, & facie trissaginis adeo similis, ut sape extempore visa oculos decipiat. Hanc esse verum Teucrium mecum semper existimavi, (si Teucrium nostrum in regionibus nascitur) quod ea mihi planè notum respondere videatur, quas Dioscorides Teucrio reddidit. Quia tamen si scribat ubertim nasci Teucrium in Cilicia juxta Gériadem & Cissadem, id tamen nihil impedit, quin etiam alibi provenire queat. Siquidem solus exit cicere non absimilibus, tenuibus & caulibus & facie Trissaginis spectatur. Plinio duo Teucriti produntur genera lib. 25. cap. 5. ubi ita scriptum reliquit: Invenit & Teucer eadem ætate Teucrium, quam quidam hermion vocant spargentem juncos tenues, folia parva asperu nascentem, austero sapore, nunquam florentem, neq; semen gignit. Medetur lienibus constatq; sic inventam. Cum exa super eam projecta essent, fertur adhasisse lienem, eumq; exinanisse: ob id à quibusdam splenion vocatur Narrant, sues, quæ radicem ejus edunt sine splene inveniri. Quidam ramis hyssopi plantam, surculosam, folio fabæ, eodem nomine appellant Et colligi florentem adhuc jubent, adeo florere non dubitant, maximeq; ex Ciliciis, & Pisidiæ montibus laudant: hæc Plinius. Ceterum non desunt, qui putent alterum Plinio Teucrium eam esse plantam, quæ Itali vulgari sermone vocatur Fava grassa, quan-

II. TEUCRIUM ALTERUM.



sa, quanquam hanc alii falso, ut opinor, Telephium esse contendunt. Teucii vires descripsit Galenus libro 8. simplicium medicamentorum, sic inquit: Teucrium incidentis, & tenuium partium facultatis est: quare lienes sanat. Ponatq; ipsum quispiam in tertio excitantium, secundo vero excalescentium ordine. Hanc herbam Graeci *τρίσαγο*, Latini item *Nomion*, Teucrium nominant: Itali *Teucro*.

I Teucrium, Matthiolo (verum in penultima editione figura posita sub Teucro altero, ut & ap. Lugd.) Fuch. Dod. gal. Cord. in Diosc. Lac. Lon. Lob. Caesal. Cast. Teucrium verum, Gef. hor. Teucrium vulgare, Cam. Teucrium primum, Tab. Chamædrys altera siue assurgens, Dod. fol. II. Chamædrys spuria major, C.B. Chamædrys altera, Trag. Chamædrys vulgaris mas, Fuch. & Lugd. Chamædrys sylvestris, Dodo. fol. Pseudochamædrys, Gef. hor. Teucrium alterum, Matt. Tab. Teucrium primum, Lugd. Hierobotane foemina, Dod. gal. & Lug. Veronica lupina facie Teucii pratenlis, Lob. Auricula muris quinta, Caesalpino.

τρίσαγο. TRISSAGO. CAP. XCVI.

CHamædrys Graecis, aliis Chamædrops; Latinis Trissago dicitur. Sunt qui eam Teucrion appellare, propter eam quam cum teucro servat similitudinem. Nascitur in petrosis & asperis. Frutex est dodrantalis, folia habens exigua, amara, effigie & divisura quercus: flore parvo, & penè purpureo. Carpitur femine prægnans. Recens in aqua decocta, potu-
tussibus, b indurato lieni, urinæ difficultati, incipi-

entibus hydropicis, auxiliatur: cit menses, partus extrahit: lienem ex aceto pota consumit: adversus serpentium venena ex vino, potu illituq; efficacissima. Trita digeritur in pastillos, ad supradicta: purgat vetera ulcera, cum melle: cum oleo illita, caliginem oculorum discutit: natura ejus est calfacere.

I. TRISSAGO SIVE CHAMÆDRYS.

II. CHAMÆDRYS ALTERA.



CHamædrys hec est vulgaris notitia. In Hetruria, Senensibus præsertim, vulgò appellatur *Quercivola*. Quo nomine Græcos imitati videntur, quibus nil aliud per Chamædryn significatur, quam humilis & terrestris quercus. In subribus sideratio vulgò

a Oris.
virescentibus,
i. sub-
rursum.
b Meum
addit,
virescentibus,
i. con-
vulsio-
bus.

Febrifuga.

ga.

Chamæ-

dryas vires

Match.

Chamæ-

dryas qua-

druplex

Fuch.

Triffago

Theoph.

Chamæ-

dryas alte-

ra, & ejus

hilt. matt.

Tragus

notatur.

Chamæ-

dryas vi-

res ex

Gal.

Nomina.

Xenodiplos

Græcè vocatur:

Latine Chamædryas & Triffago:

Arabice Damederios, Chamædryas seu Kemædryas:

Hetruscis Chamædryo & Quercivola:

Itali ceteris Calamandrina:

Germanice Camanderle und Bathengel:

Hispanice Chamæ-

drys: Gallicè Germandree. Chamædryas altera, Itali Calamandrina secunda, & Quercivola secunda.

* III. CHAMÆDRYS SPINOSA. *



Chamædryas differentias duodecim in Phytopinae recensuimus, quam verò hic primo loco posuimus, Chamædrym majorem repentem cum Dodonæo, vocamus: Chamædryas vera, Trag. Triffago sive Chamædryas, Matth. Triffago, Lac. Calt. Chamædryas major, Clus. hist. Pan. Chamædryas, Angui. Lug. Lob. cui & Quercula minor, & Tab. II. Botrys Chamædryoides, C.B. Chamæcyparillus agrestis, Trag. cui & Sideritis Cratævæ: Chamædryas altera, Matth. Casto. Thal. Lug. Chamædryas vera femina, Fuch. Chamædryas femina quibusdam, Dod. gal. Lugd. Cam. Chamædryas laciniatis foliis, Lobel. Chamæpitys altera, Dod. fol. Chamæpitys altera. forte Dioscoridis, Cæs. Chamæpitys tertia, Clu. hist. Pan. Trixago vera Lon. Jua muscata Tab. III. Chamædryas spinosa: Planta est palmaris & sesquipalmaris, hirsuta, cauliculis quadratis, lanuginosis, multis geniculis donatis, virgultis hinc inde sparsis, foliis oblongis, subrotundis leviter serratis, summis tamen integris: flores Chamædryas ex flavo rufescentes, singulis ferè geniculis juxta scolia adponuntur, calyculis lanuginosis donati, quibus aculei bini, aliquando plures, modò breviores, modò longiores junguntur: aliquando ex geniculis unicum virgultum prodit, cujus summitati spina insidet: semen rotundum, subnigrum, calyculis inclusum. Ex horto Bembiano, Patavio accepimus.

LEUCAS. CAP. XCVII.

Leucas montana, latioribus, quam urbana foliis, semine acriore, amariore, ori ingrato: efficacior, tamen quam sativa habetur. Utraque ex vino contra

animalium venena, præcipue marinorum, opitulatur.

Leucadis

confid.

T Ametfi Hermolaus & Ruellius contendunt scriptis testatum relinquere, herbam quandam in vineis nascentem, mercuriali congenere, esse Leucada: ego tamen eam mercuriali consimilem facere profecto non ausim, cum nullum hæcenus ex rei herbaria authorib. invenerim, qui ejus faciem repræsentet pluram, de ejus notis tradat, quam fecerit Dioscorides: qui certè, quantum extat, nullis prorsus notis ipsam descripsit. Caterum rectè, meo quidem iudicio, putat Marcellus Florentinus huic Leucadis capiti decurrat esse principium. Id quod nobis indicare videtur ipsius Dioscoridis sermo: nam cum statim ab ipso capitis initio montanam Leucada urbana comparaverit, nimirum ostendit, à se prius urbanam fuisse descriptum.

Neg.

Neg, hac de canfarantū adducor, ut Marcello adstipuler, sed quia etiam se habuisse testatur Latinum Dioscoridis co-
dicem vetustissimum, in quo initium huius capituli ita legebatur: Leuca duo sunt genera, una est montana & altera, hor-
tiva. Montana latiore quam sativa folio est & c. Quae omnia maximo sunt argumento, quod hoc in loco Dioscoridis codi-
ces sint depravati, quodq; in iis plura adhuc desiderantur, quae faciunt ad perfectam huius plantae historiam. Aionas, herba
Graecis, Leucas item Latinis appellatur.

Λύχνις.

LYCHNIS.

CAP. XCVIII.

10 Lychnis coronaria, flore est albæ violæ simili, sed purpureo, quo corollæ factitantur. ^a Contra scor-
pionum ictus semen in vino potum auxiliatur. ^a Lychnis sylvestris, omnia urbanae similis. Bilem per
alvum detrahit, semine duabus drachmis potio: ictus a scorpione subvenit. Ajunt huius herbæ appolitu
scorpiones torpescere, & inertes prorsus reddi.

LYCHNIS.



Quaquam non facile est hac ætate plantas in Italia Lychni-
ostendere, quæ legitime referant utrang, Lychnidem, <sup>in consi-
deratio,</sup>
hortensem scilicet, & sylvestrem, cum earum folia, & caules
tam a Dioscoride, quam ab aliis rei herbariae scriptoribus quod
invenerim, nullis prorsus representetur notis. utpote plantarum,
quæ fortasse olim omnibus erant notissima ob frequen-
tem earum usum, tum ad lucernarum lumina, tum etiam ad
coronas contendas: at tamen in Tridentino, & Goritensi
agro planta quadam in hortis, ac siccilibus feritur. coronis ne-
cessariis accommodata, quam equidem non dubitaverim pro
legitima Lychnide in medium asserere. Siquidem flore exit pur-
pureo, albæ violæ simili: foliis longis, tomentosis, albicanti-
busq;: caule lanuginoso, incano, cubito majore, in cuius cacu-
mine flos emicat, ut dixi purpureus, in odorem tamē. Quod præ-
terea planta hac vera sit Lychnis coronaria, illud mihi fidem
auget, facitq; ut in hoc nihil ferē addubitem, quod alteram
ejusdem generis frequentissimam apud Ananienenses sylvestrem
repperim, illi sativæ adeo per omnia similem, ut cum natalis Lychnis
duntaxat discrimen intercedat, hac meritis Lychnis sylvestris tyly-
appellari queat. Sunt qui Pseudomelanthium in jecuribus
nascentem, sylvestrem Lychnidem faciant. Atqui cum Dioscori-
des agrestem Lychnidem urbana per omnia similem esse scri-
bat, eamq; sæpius viderim in inculto solo, non possum horum
placitis subscribere. His accedunt tomentosa earum folia, quæ
ad lucernarum usum pro elychnio commodè usurpari pos-
sunt: unde apud veteres Lychnidu sibi nomen ascribit: quippe
lucerna Græcis λύχνος dicitur, quemadmodum & ἰνδύχνος
funiculus, qui è gossipio nobis hoc ævo paratur, lucernuq; in-
feritur ad lumen edendum flammamq; nutriendam. Quare
cum gossipio, ut puto, carerent antiqui, tomentosis herbarum
quarundam foliis ad hoc munus obeundum utbantur, nempe

lychnidis, verbasci, aliarumq; nonnullis. Illud deniq; addiderim, ut nostra melius firmetur opinio, quod flos plantarum, quæ
Lychnides esse opinor, mirum in modum ruralibus, urbanisq; virginibus expetit ad coronas faciendas: quæ in re pri-
scam imitantur ætatem. Ceterum Plinius lib. 21. c. 4. Lychnidem inter rosas retulit sic inquit: Est & rosa, quæ Græci ap-
pellatur a nostris, a Græcis verò Lychnis, non nisi in humidis locis proveniens, nec unquam excedens quinq; folia, violæ
magnitudine, odore nullo. Lychnidis coronaria semen ut Galenus est auctor lib. 7. simplicium medicamentorum, calidum
est secundo quodammodo ordine, aut jam etiam tertio: siccum sanè eodem quoq; modo. Quæ herba Græcis λύχνις: Lychni-
dis vires
ex Gal.
Nomina.

Lychnis (cujus triginta tres species in Phytopinacæ recensuimus) dicitur quasi Lucernula, hæc q; Ly-
chnis est coronaria Dioscoridis, & Theoph. Pliniiq; Lychnis, non autem Jovis flos Theophrasti, neque
Verbasci species. Dicitur Rosa mariana sativa, Trag. Lychnis, Matth. Lac. Lychnis sativa, Dod. gal. Gef.
hor. Lychnis coronaria, Lon. Lob. Dod. fol. Lugd. Cæf. Flos Jovis noster, Gef. hor. Flamma vel flammula
Jovis quibusdam, eidem. Verbasceum coronarium, Cordo in Diosc. Hæc flore est simplici & pleno:
illa intensè vel dilutè rubro, albo: hæc verò rubro.

Λύχνος.

LILIUM.

CAP. XCIX.

60 Lilia coronamentis se dedunt, Liria à quibusdam vocata. Equibus unguentum temperatur, quod
aliqui lirinum, alii susinum appellant, nervos, & privatim vulvæ duritias emolliens. Folia herbæ illi-
ta, contra serpentium ictus auxiliantur: servata ambustis proficiunt: aceto condita vulneribus opitulan-
tur. Succus adjecto melle, aut aceto in æreo vase coquitur a convenienti medicamento vetustati ulcerum,
& ad recentia vulnera. Inassata radix, & ex rosaceo trita, igni ambusta sanat, vulvam emollit, menses ciet,
ulcera cicatrice obducit. Cum melle detrita nervis præcis, luxatisq; medetur: vitilignes, furfures, &
lepras emendat: ulceraque in capite manantia expurgat: abstergit faciem, & erugat: teritur in aceto
hyoscyami foliis, & farina tritici mulcendis testium inflammationibus. Semen potum moribus
serpentium

Eee

serpentium

serpentium adversatur. Ignibus sacris semen & folia cum vino illinuntur. Tradunt & purpurea esse lilia. In Syria autem, & Plidia Pamphiliæ efficacissima unguenti nascuntur.

I. LILIUM.

II. MARTAGON.



Liliorum
confid.

Lilium omnibus notum, folia fert longa, nunquam non virentia, levia, pingua, Pancratio similia. Caulem proferit bicubitalem, rotundum, rectum, lavem, pinguem, firmum, foliis ab imo ad summum circumvestitum: è cuius cacumine terni, quaternive ramuli exeunt, è quibus oblonga prodeunt capitula, herbaceo colore, quæ tractu temporis lilia fiunt eximii candoris, calathis figura, extrinsecus striata, resupinis per ambitum labris. Lureis aliquot, ex calathi fundo ut in croco sursum spectantibus apicibus, pulverulentis, & lingua effigiem imitantibus, alterius quàm flos odoris, è quorum medio longum producit germen, rotundo in cacumine capitulo, herbacei coloris. Radice nititur bulbosa, albicante, compactis squamarum serie sursum spectantium. Huius squammatiles bulbi crassiusculi sunt, & lento succo praegnant. Seruntur lilia dissectis bulbis Martio mense passim in hortis & viridariis. Florent æstate circa solstitia. Alba lilia ut purpurea fiant docuit Plinius li. 25. c. 5. his verbis: Lilium rose nobilitate proximum est, & quadam cognatione unguenti oleiq, quod lirinon appellatur. Et impositum etiam maximè rosas decet, medio proventu earum incipiens. Nec ulli florum excelsitas major, interdum cubitorum trium, languido semper collo, & non sufficiente capitis oneri. Candor ejus eximius, foliis foris striatis, & ab angustis in latitudinem paulatim sese laxantibus, effigie calathi, resupinis per ambitum labris, tenuiq, filo, & semine stantibus in medio crocis. Ita odor, colorq, duplex, ut alius calycis, alius staminis, differentia angusta. In unguenti vero, oleiq, usu folia non spernuntur. Est flos non dissimilis illi in herba, quam convolvulum vocant, nascens per fruteta, nullo odore, nec crocis intus, candorem tantum referens, ac veluti natura rudimentum lilia facere condiscentis. Alba lilia iisdem omnibus modis seruntur, quibus rosa: & hoc amplius lachryma sua, ut hipposelinum: nihilq, est fecundius, una radice quinquagenos saepe emittente bulbos. Est & rubens liliū, quod Græci crinon vocant. Alii florem ejus cynorrhodon. Laudatissimum in Antiochia, & Laodicea Syria, mox in Phaselide, quartum locum obtinet in Italia nascens. Sunt & purpurea lilia aliquando gemino caule, carnosiore tantum radice, majoriq, bulbi, sed unius. Narcissum vocant. Huius alterum genus flore candido, calyce purpureo. Differentia a liliis est & hæc, quod narcissi folia in radice sunt, probatissimè in Lycæ montibus. Tertio generi cetera eadem. Calyx herbaceus: omnes serotini: post arcturum enim florent, ac per æquinoctium autumnum. Inventa est & in his ratio inserendi, monstrifici hominum ingenii. Colliguntur namq, mense Julio scapi areolantes, liliaq, suspenduntur in fumo. Dein mundantibus se nodulis, in face nigri vini vel Græci mense Martio macerantur ut colorem accipiant, atque ita in scrobiculis seruntur, heminis facis circumfusus. Sic fiunt purpurea lilia, mirumq, ita tingi aliquid, ut nascatur insectum: hæc Plinius. Lilia (ut Anaxolus restatrum reliquit) totum annum viridia durabunt, si cum oclusa silent, ne dum patentia debiscunt, decerpta, novis scrobiculis non picatis indito diligenter operculo recondantur: sic enim clausa perpetuum annum vegeta manebunt. Sed ut intermedio tempore ad usum promuntur, statim ad solem producta, cum senserint ejus calorem, aperta panduntur. Porro ut vici sim, & variis temporibus flores pariant lilia, bulbi ita feruntur, ut aliqui duodecim digitorum altitudine obruant, alii octo tantum, alii quatuor duntaxat profunditate mergantur: sic diversis diebus dabunt lilia, quod & in aliis floribus fieri pollicetur. Ceterum & illud inter lilia merito annumerari potest, quod MARTAGON chymista appellant. Hoc enim radice, etsi croceo colore infecta sit, à lilio candido non dissidet, sicuti nec caule. Foliis vulgarem saponariam imitatur, quæ in stella, vel rosea modum intercedente spatio orbiculariter caulem ambiunt

Liliorum
historia
ex Plin.

Lilia ut
totum
annum
vireant.

Martagon
& ejus de
lineatio.

ambunt: in cuius cacumine tenui pediculo appensi flores emicant. Liliorum effigie, minus tamen: quorum solia etiam reflexa cernuntur, colore purpureo, punctis quibusdam rubentibus respersa, & ipsi odorati sunt, aspectuq; iucundi. Provenit in montibus & clivosis locis. Radix ad ea omnia commoda est, ad qua Lili. Lili genus hoc in suis de stirpium historia commentariis Fuchsius asphodelum foeminam putaverat esse, pro eoq; depinxerat. Sed quia sui erroris conscius factus, hanc ipse suam mutavit sententiam, non est cur jam nos eam pluribus refellamus. Caterum, ut de liliorum facultatibus nos quoq; differamus, haec quae sequuntur, habeo. Elix radix vetere axungia excepta, & illita, pedum clavos evellit. sed ante tri-
daum removeri non debet. Eadem ex adipe, & oleo adhibita, defluxos pilos replicat, cum mulso autem pora sanguinem
extra vasa concretum per alvum ejicit, suppurationes molitur, & concoquit, & duritias quascunq; emollit. Stillaturia flo-
rum aqua datur utiliter potanda agere parturientibus, & ad pelledas secundas, ad litic croco, & casta odorata. Oleum quod
e floribus paratur, uteri duritias commodissime emollit, valet ad omnes frigidos nervorum morbos, nempe ad convulsiones,
& resolutiones. Praestat item ad emollienda articulorum impedimenta: & scirrhusos quoscunq; tumores. Illinitur quoq;
maximo juvamento puerperis uteri dolore languentibus, addito oleo lini semine. & praesertim ubi succida lava is calidus
imbuta, ventri superponatur. Additur in clysmatibus, ubi induratae faeces emollire sit opus: Lilia quae diu in oleo macerata
fuerint, illita, prius calefacta, calida apostemata citra dolorem maturant, ac digerunt, & peculiariter ea, quae in articulis
sunt. Liliorum facultates posteritatis memoria prodidit Gal. lib. 7. simp. med. sic inquit. Lili flores temperaturam mistam
obtinere, partim ex tenui, partim ex terrena essentia, ex qua utiq; in gustu amaritudinem habet, partim ex aqua, eaq; tem-
perata. Itaq; etiam quod ex eo conficitur oleum, & unguentum, citra morsum digerendi, simulq; emolliendi facultatem
obtinere: unde fit, ut uteri duritiis sit aptissimum. Porro radix, foliaq; per se trita desiccant, & abstergunt, & digerunt
moderate. Proinde quoq; ambustus competunt: siquidem haec quoq; moderate desiccant, em, extergentemq; facultatem po-
stulant. Radicem ergo tostam, ac deinde cum rosaceo contritam ambustum, quoad obducatur cicatrix, imponent: quippe
cum alioqui & aliorum ulcerum omnium bonum sit inducenda cicatrici remedium. Quin etiam uteros emollit, mensesq;
provocat. Folia vero praecoquentes, & ipsa ad obductam usq; cicatricem imponent, ut non in ambustionibus duntaxat, sed
alii quoq; vulneribus. Sed sunt etiam, qui aceto ea condientes ad vulnera suo tempore utantur. Plus tamen in eis abster-
gentis facultatis in radice, quam in foliis: quanquam tamen nec in ea ipsa multum insit, sicut praediximus, nam primi or-
dinis abstergentium est medicaminum. Itaq; cum aut vitiligines, aut psoram, aut lepram, aut achoras, aut aliquid id ge-
neris extergere volumus, commiscemus illi aliquid aliorum medicamentorum validius extergentium, cujusmodi est mel. Ca-
terum si id moderate illi, ac convenienter admisceatur, & ad nervorum divisiones competit, & ad alia universa, quae va-
lenter excicari postulant, absq; morfu. Imposuimus vero etiam quandoq; & foliorum succum cum aceto, & melle coctum.
Quotuplus autem erat succus ad utrumq; atq; insigne medicamen fuit ad omnia ea, quae excicari postulant, absq; morfu,
ceu vulnera omnia ingentia, & maxime quae in capitibus musc alorum eveniunt, & quaecunq; ulcera humida si accidave,
& diuturna sunt, quaq; agere ad cicatricem perducuntur. Sed haec jam ad medicamentorum componendorum institutum
attinent, a quo quantum licet abstinere in praesentia adnotor: caterum rerum ipsarum natura saepenumero ut attingam
adigit, celeriter vero relinquenda sunt, atq; ad propositum revertendum. Planta quam Graeci λειριον, & λειριον dicunt, Li-
lium Latinus nominatur: Mauritani, Susen: Itali, Giglio: Germanis, Lilgen: & Engen: Hispani, Azucena: & Lirio
blanco: Galli, Lu, Marragum, chymisli, Italis, Mariagon & Giglio salvatico.

Lilium bulbosum est & non bulbosum: bulbosum vel uno bulbo, ut Lilium album, Martagon &c. vel pluribus Asphodeli bulbis, ut Lilium luteum, & rubrum. Non bulbosum ut lilium convallium. I. Lili-



CAP. C.
H. XXXVII.
Balloten, nomine alio nigrum marrubium vocant.
 Caules edit quadrangulos nigros, subhirsutos, com-
 plures ex una radice: a foliis majoribus, quam marru-
 bii, hispidis, per intervalla in caule dispositis, subro-
 tundis, † graveolentibus, apiastro proximis: unde ali-
 qui apiastrum eam vocaverunt: candidi flores universi
 verticillato ambitu caulem coronant. Vis ejus efficax
 adversus canis morsus, foliis ex sale illitis. Ferventi ci-
 nere flaccescunt folia, ut condylomata reprimant: pur-
 gant & fordida ulcera cum melle.

Ballote, sive Marrubium nigrum, quod etiam ob odoris
gravitatem à quibusdam Marrubium sordidum cogno-
minatur, frequens in agrorum marginibus nascitur, & pas-
sim secus vias. Est autem hoc apiastro adeo simile, quòd facile
legentes falleret, nisi naves consulerentur: ita enim sua gra-
vitas

Ballotes vires ex Paulo. Nomina. *veolentia citò innotescit. In Italia nullis non cognitum est, appellaturq; ab aliquibus Marrubiastrum, ab aliis Marrubium spurium. Hujus meminit Paulus (et si vires ejus silentio praeierit Galeus) libro 7. sic inquit: Ballote, quod aliis marrubium nigrum dicunt, acris est, & absterforia facultatis. Illud cum sale canum moribus medetur. Hujus plantae nomen Graecum βαλλωτή, & μέλας ὑπόλευρος: Latinum Marrubium nigrum, & Marrubiastrum: Italicum, Marrobiastro, & Marrobio bastardo: Germanicum, Schwarz Andorn: Hispanicum, Marroño negro: Gallicum, Marrubin noir.*
 † In Oribasii codice manu scripto hic interjectum legitur verbum μέλας, quod folia quoq; Ballote nigra reddat. Nec temere fortassis illud quis adjiciendum putabit, quod pulchre alteri ejus nomini conveniat: quodq; ipsius meminerit Plinius libro 27. cap. 8. cum inquit: Ballote foliis est marrubii majoribus, & nigrioribus.

Marrubium nigrum duplex est, vulgare & peregrinum: hocq; vel rotundifolium, vel longifolium. Marrubium nigrum scetidum, C.B. Ballote, Matth. Fuch. Dod. gal. & fol. Lac. Cordo in Diosc. Lob. Lug. Cæf. Calt. Marrubium majus, Trag. Marrubium nigrum, Gef. hor. Lon. Thal. Marrubiastrum Tabern.

Μελισσόφυλλον.

APIASTRUM.

CAP. CI.

Melissophyllon, sive melittæna, id est, apiastrum, id sibi nomen usurpavit, quoniam apes ipsa herba delectantur. Cauliculi, & folia ballotæ, de qua paulò antè diximus, similia essent, nisi majora, tenuioraque, nec ita hirsuta spectarentur: citreum malum olent. Folia cum vino pota, aut illita profunt contra icus phalangiorum scorpionumq; item adversus canis morsum. Decocto eorundem gratia, feveri prodest: defensionibus sceminarum ad ciundos menses convenit: dentes eodem in dolore colluuntur: dysentericis infunditur. Fungorum strangulationibus folia, addito nitro, potu auxiliatur: torminibus, & orthopnoicis delinctu. Illita cum sale strumas discutunt, ulcera purgant, articulares dolores illita sedant.

I. APIASTRUM, SIVE
Melissa.II. MELISSA CONSTAN-
tinopolitana.Apiastri
confid.

Melissophyllon, quod Latinis Apiastrum, & Citrugo dicitur, Hetrusci ab odore citri vulgò vocant Cedronella, itemq; Melissa, sicut etiam Insubres. At permulta profectò Dioscorides à Nicandro poeta descripsit: ut etiam hic in Melissophyllo palam est, in ipsius capitis principio. Nicander enim eadem habet in Theriacis, his versibus.

Τὴν ἥτοι μελίφυλλον Πικλείουσι βοτάνης
 ὅτι ἢ μελίταιναν, ἢ γὰρ περὶ φύλλα μελισσῶν
 ὅδ' μὲν φεγγόμεναι μέλιτι ὅτι ῥοιζήδ' ὄν' ἔντα.

Idem paulò post hanc plantam μελισσοβέτον vocat, dum ricini corticem cum ea temperari jubet.

Λάξεο ἢ ἐγγύχλω φλοιὸν ἐλατύνει κρότωνος
 Συμμίγδ' ἢ πεπέλοισι μελισσοβέτιο δασείης.

Herba est vulgaris aequè notitia Melissophyllū atq; odorata. Seritur passim in hortis, ac etiam sponte per se nascitur in collibus &